BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO
UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia
FONDAZIONE CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

TIBERINO GIOVANNI MATTIA, *Epigrammata aliaque carmina in beatum Simonem*, Trento, Giovanni Leonardo Longo, 1482.

Esemplare digitalizzato:
Trento, Biblioteca comunale, G 1 e 37

LINK: https://bdt.bibcom.trento.it/2

BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA
progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*
COMUNE DI TRENTO

BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO
UNIVERSAL SHORT-TITLE CATALOGUE
UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia
FONDAZIONE CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro ("Bando Archivi 2014"), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell'Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l'University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All'interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l'Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell'edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation ("Bando Archivi 2014"), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Inc. A. 183
VII 44

Inc. N° 183

BIBLIOTECA COMUNALE TRENTO

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

G
1
e
37

Johannis Matthiae
Tiberini
In beatum Symonem etc.

Raro Opuscolo impresso in
Trento nell'anno 1482
da prete Leonardo Longo Trevigian

BIBLIOTECA DELLA CITTA' DI TRENTO

Iohānis matthię tiberini clarēſis:In beatum Symonem nouū ſāctiſſimę paſſiōis chriſti lumē & martirē:epigrama

Vm puer ille Symon:queꝫ nuꝑ in urbe tridenti
Gens iudea:ſacra torſit in epdomade:
Accipe in audituꝫ facinus dictuqꝫ nephandum
Audi qui rabidos tam colis uſqꝫ canes:
Paſchatis ante diem lux tercia:ueſpere facto:
Et martis dictus nomine menſis erat:
Ante fores patris puerili more ſedebam
Non aderat genitor non mea cara parens:
Non aduertenti mihi proditor ecce tobias
Aſtitit:& toruo lumine cuncta notat:
Vt nullum uidit:blanda me uoce moratur
Non ergo fabar ad huc: uix ego natus eram:
Nondum terdenos menſes mea uiderat ętas
Iſta mee uite paruula ſumma fuit:
Corripior: me fertqꝫ ſtatim ſamuelis ad ędes:
Impia iudei gens ſimul ille erant:
Concilium horendum: truceſq; in lumine uultus
Non homines:colubri: diraqꝫ monſtra magis:
Nox ruit hic gemini:ſalgmon:ſamuelqꝫ:tobias:
Vitalis:moſes:iſrahel:atq; mohar:
Ante ſynagogam leti mea pectora nudant
Conuellit carnem forcipe quiſq; mihi:
Et ne clamarem:ſamuel mihi guttura ſtringit
Ille mihi plantas:continet ille manus:

Sanguine collecto de me crudeliter:addunt
Impia iudei uerbera:uerba:minas:
Accipias ſuſpenſe deus:fecere ſic olim
Maiores noſtri funera rite tibi:
Sic confundantur celo:terraq3:mariq3:
Chriſticole:& noſtre gens inimica tribus
Iamq3 propinquabat mihi mors:iam luce carebant
Lumina:iam gelidum funere corpus erat
Errigor:hinc dextrum moſes ſamuelq3 ſiniſtrum
In cruce pandentes brachia noſtra trahunt:
Tunc omnes crebris acubus mea pectora pungunt
Dant multo ieſum:me quoq3 conuicio:
Sic cecidi:moles:caput inter concidit ulnas
Ad ſuperos uita libera fecit iter:
Vt perii plaudunt omnes:ſuperoſq3 ſalutant
Quod de chriſticolis ulcio facta ſibi eſt:
Ad cenam properant rebus ſic deinde peractis
Deq3 meo in menſa ſanguine quiſq3 bibit:
De noſtro mandunt mixtaſq3 cruore placentas:
In ieſu chriſti dedecus:iniuriam
Inclytus hinderbach preſul:princepſq3 iohannes
Sceptra tridentini qui regit alta ſoli:
Hebreos poſtq̃ mihi funera ſumma dediſſe
Preſenſit:de me nocte:dieq3 dolet:
Colligit extinctum corpus:mandatq3 reponi
Iudeos merita morte ferire iubet

Adſis Sixte pręcor:fidei ratis anchora noſtrę:
Pontifici noſtro porrige pręſidium:
Hic pugil eſt conſtans:hic eſt pius ille ſacerdos
Cuius uota patri complacuere deo:
Sume ſacrum ſcutum: & gladium:triplicemq; coronam
Tolle induratos papa beate canes:
Adſint & reges:adſis fortiſſime cęſar:
Adſis cum populis:principibuſq; tuis:
Dede neci hebreos qui res:pręcioſaq; rerum
Chriſticolum:rabidi nocte:dieq; uorant:
Chriſticolum fuſo tantum:qui ſanguine gaudent
Qui mandunt tepida menbra cruenta uirum.

Vale diue Pontifex ſpes noſtra.

Diuo Iohāni hinderbach quarto:pontifici: ac domino tri dentino: Iohannes Matthias: S: P: D.

EIVSDEM:

c Vm tua ſancte ſymon lux ſempiterna tridenti
In mentem noſtram paſſio dira ſubit.
Tunc mihi recolitur ſanctiſſima paſſio chriſti
Et fluit ex oculis languida gutta meis:
Chriſtus diuino:atq; humano ſemine fulſit
Eſt ſatus italico:theutonicoq; ſymon:
Virgo maria:dei genitrix:ſanctiſſima ſemper
Et pueri mater dicta maria fuit:
Concilium de morte dei gens fęcit hebręa
De pueri fato conſuluere canes

Venditus eſt chriſtus florente uir integer ꝗuo
Et ſub lacte ſymon uenditus iſte fuit:
Ad ſedes rabidi chriſtum traxere pilati
Barbatum hic moſen ducitur ante canem:
In numerabilibus chriſtum cędere flagellis
Et ſacrum ſpinis implicuere caput:
Infantis teneram lacerauit forcipe carnem
Et caput & pectus gens fera fodit acu:
In cruce mutauit uitam cum funere chriſtus
In cruce diſtentus cōcidit iſte puer:
Cęſo iudei certant illudere chriſto
Hic fuit illuſus:& maledictus item:
Hebręi fuſo lętantur ſanguine chriſti
Hęc gens de pueri ſanguine lęta bibit:
Tertia lux domino deuicta morte refulſit
Tertia lux pueri pandit ubiq; necem:
Apparuit multis ſurgens a funere chriſtus
Inuentus multis contulit iſte puer:
Non quę conceſſit miracula maxima dicam
Nec referam lęto quot leuat iſte uiros
Corrupto emicuit dominus cuſtode ſepulchri
Iudice corrupto non latet ecce ſymon:
Lucentis cęli chriſtus ſuperaſtitit arce
Hic nouus ęterna miles in arce ſedet:
Rex titus ob crimen gentem deleuit hebręam
Equauitq; ſolo mœnia:templa:domos:

Luſtrauere titi capitolia celſa triumphum
Baccha ibi Cęſareas cinxit honore comas:
Iohannes princeps & pręſul in urbe tridenti
Nemine iuſtitia nec piatate minor:
Iudeos tandem flagranti in crimine captos
De medio merita tollere morte iubet:
Cętera turba canum rome deuicta fatiſcit
Omnia pro domino iura fuere meo:
Non potuere doli nec hebrea tributa nec aurum
Vulgatum facinus quin ſit in orbe ſuum:
Capta eſt iudęa ſub rhinocerونte potenti
Atq; ſuum triſte crimen ubiq; patet.
Alma duos huius luſtrauit roma triumphos
Vnde ſuum duplici uellat honore caput:
Gloria in excelſis & pax ubicunq; per orbem
Rhinoceron uictor intonat ante deum:
Rhinoceron fidei lux ardentiſima noſtrę:
Sacra deo uictor debita uota refert:
Que uox pontificis laudes depromſerit huius
Aut ſunt ubi tanto pręmia digna uiro:
Donec lenta trahent ſeptem ſua plauſtra triones
Et referet clarum preuia ſtella diem:
Virtutes laudeſq; ſuę per ſęcula uiuent
Nomen perpetuo uiuet in orbe ſuum:

EIVSDEM DEPRECATIO.

[S]Alue ſancte ſymon chriſti pendentis ymago

In cruce:fulgentis lucida ſtella poli:
Salue ſancte ſymon cęleſtibus addite diuis
In nece poſtq; necem plurima paſſe puer:
Cum tibi iudęi lacerarent forcipe carnem
In cruce cumq; tua brachia tenta forent:
Tanq̄; pullus ouis coram tondente ſilebas
Deq; tuis oculis lachrima nulla fluit:
Quippe tibi laqueo tam mollia colla premebant
Fodebantq; tuum nobile corpus acu:
Hoc tu martyrio fulgentia ſydera cęli
Scandis:& hebręum pandis ubiq; ſcelus:
Non potuere canes rabidi peruertere tantum
Quod tua chriſticolis fata ſepulta forent:
Non potuere canes tot clam depromere nummos
Occultum facinus ꝙ ſit in orbe tuum:
Ceu de ſole iubar de te miracula fulgent
Atq; tuam ſentit languidus orbis opem:
Tu nunc e cęlo uindictam ſanguinis hauſti
Summis:& offenſas ultus es uſq; tuas:
Proq; tua in terris pugnauit morte iohannes
Regna tridentini qui regit alta ſoli:
Tertia fluxit hyemps:& tertia labitur ęſtas
Quod cum iudęis bella iohannes agit:
Iuſtitia e cęlo tandem delapſa per auras
Sancta tridentini pręſulis acta probat:
Te probat extinctum noſtri ſub ymagine chriſti

Te quoq; inter ſanctos approbat eſſe choros:
Et genus hebreum quo non crudelius ullum
Viq; & ab antiquo comprobat eſſe nequam:
Salue ſancte ſymon:martyr ſanctiſſime ſalue
O ſalue eterna laude canende puer:
Tu nunc ante deum uictor ceu ſtella coruſcas
Tu crucis in celo ſignifer ante deum:
Nemo preces ad te fundit deuotus inanes
Quod ſuſpenſa tibi plurima uota docent:
Preſulis ergo tui ſemper memor eſto iohannis
Proq; ſalute ſua nocte dieq; roga
Protege & ante deum ciues populumq; tridenti
Atq; tui uatis:ſi licet:eſto memor.

EIVSDEM DEPRECATIO:

ſ Vm memor alme ſymon cū te iudea necaſſet
Atra tribus:primum me retuliſſe canes:
Templa tridentino domino ſubeunte iohanne
Hanc illi uocem noſtra thalia dedit
Hgri cum puero mulier digniſſima uidit
Iudeum blandis ora mouere ſonis:
Huic dicto ſapiens preſul meus addidit aures
Pretoriq; iubet querere rite ſcelus:
Ex templo in latebris gentis compertus hebraee:
Detegis illata ulnera multa tibi:
Et noua languenti ſeclo miracula monſtras
Quilibet unde tuam ſentit egrotus opem:

Si merui tunc cum ueniet lux ultima nobis
De cęlo martyr porrige ſancte manum.

:AMEN:

Iohānis matthię tyberini liricū carmen ad beati ſymōis tridentini comendationem feliciter incipit.

Sacro ſancta fides chriſti
Sub imperio papę ſixti
Tanq̄ʒ ſol reſplenduit:
Eſt detectus iudęorum
Fons rabiei fons maloꝝ
In populos chriſtianorum
Martyrizato ſymone:
Sanctuʒ ſymonē negabāt
Clā neceſſe:& litigabant
Falſos teſtes quęritabant
In romana curia:
Papa tūc ſex cardinales
Sāctitate:& fāma equales
Vt decet ellegit tales
Hanc audire cauſam:
Se iudęi cum tributis
Et cautelis cum aſtutis
Opponebant:ſʒ uerſutis
Inimica eſt ueritas:
Iuſtus pręſul tūc iohānes
Tridētinus:hebreos canes
Per proceſſus non inanes
Confudit obtinuit:
Papę miſit ſanctitati
Reſtitutos ſanitati
Pluſq̄ʒ mille deprecati
Symonis auxilium:
Veritate papa inuenta
Quod iudęi per tormēta
In cruce mēbra diſtenta
Conſumpſiſſent pueri
Approbat dei adiutorio
Sāctū ſymoneʒ ī cōciſtorio
Tāto laudans in auditorio
Tridentinum pręſulem:
In cathalogo ſanctorum
Hūc ſcripſit:q iuxta tronū
Chriſti ſtat ſymō flos floꝝ
Virgo:martir:& īnocens
Ecce ſymon crucifixus
Inſtar xp̄i:& acu trāſfixus
Ante tronum dei fixus

Pro deuotis rogitat: Vt in pardiſi cella
Sãcte puer cęli ſtella Nos collocet in ſęcula.
Pro nobis deũ compella AMEN:

Eiuſdeȝ Diuo Iohãni Epiſcopo Tridẽtino:de ſabino lacu:

g Loria pontificum:princeps humane tridenti
Et chriſti eccleſię diue iohannes honor:
Forſitan hęc a quo mittatur epiſtola quęris
Aut ubi ſit uati ſedis in orbe locus.
Hęc tibi matthias tyberinus carmina mittit
Qui te prę cunctis laudat adorat:amat:
Me tenet iſeum lacus effluit unde ſabinus:
Brixigenum culti terra beata ſoli:
Quo me peſtis atrox:qua brixia magna laborat
Mox conſeruatis impulit ire meis:
Cuius in occiduis ſunt alta cacumina ripis
Et bergomenſis incipit illic ager
Hic loca multa iacent ſeptem ſubiecta trioni
Qua parte in cubitum uoluitur unda lacus:
In ter quę luerum de hinc ripa:tabernula:caſter:
Infra prędorium:ſarnicha terra iacet:
Hoc eſt id lucrum de quo ſtat famma per orbem
Qui lanificia claret in arte locus:
Hinc gens brixigenum ſurgenti pinguis eoo
Circumquaqȝ lacus quę dominatur aquis:
Iſtinc piſognę caput unde canonica uallis
Tollit:& huc olii fluminis unda fluit:

Quę diffuſa lacum conſtat cauſare ſabinum.
Quod ſolis olii multiplicatur aquis:
Exit & hinc olium tellus ubi ſarnicha finit
Siccaq; brixigenum lapſus in arua rigat:
Ceu benacus item:lacus hic genus omne natātum
Nutrit:& in fluctus unda ſuperba tumet:
Inter piſognas:& quę me terra celebrat
Quinq; ſedent modici paruula rura ſoli:
Inſula mons hic eſt:priſco ſic nomine dictus
Mons hic oliuarum ſemper honore uiret:
A continenti paſſus per mille recedit:
Sex uillę circum:arxq; uetuſta ſuper:
Hic locus ante alios latię regionis apricus
Perpetuę ſemper ridet honore comę:
Eſt operę precium poſitas hic ordine uites.
Cernere:& in cliuo tot ſata lęta iugo:
Vina iacinthino non inferiora colore
Mittit:in ęſtiua uina bibenda ſiti:
Non pira:non corilos:non tot mala punica dicam
Hic quę ſponte ſua plurima fundit humus:
Iſtis gallinę campis impune uagantur
Non habet hęc uulpes:non habet ora lupum:
Auriti lepores non hoc de monte recędunt
Omnia uelliuoli circuit unda lacus:
Mars cum brixigenas populos fortiſſimus urget
Et circum montes claſſica bella canit:

Confluit huc omnis forti ſecurus aſyllo
Non iſtuc aditum miles auarus habet:
Nec procul hinc mediis ſanctus ſaluator in undis
Et pauli in liquido ſtant ſacra templa lacu:
Inde ſub iſeo:cluzanę męnia ſurgunt
Dulcibus in ripis omnia ſtructa lacus:
Ante diem mediam puppes aquilone feruntur
Veſpere quas uerſa reppulit auſter aqua:
Vnde ſit iſeum detractum nomen:& a quo
Sit tam pręclara condita terra latet:
Inclyta terra ſitu eſt:& multo ciue referta
Terra ſerenato principe digna ioue:
Hic fora inepdomade concurſu plena frequenti
Bis celebrant:quo tunc grana uehuntur equis:
Illę hę ſunt tot equę tua quas germania mittit
Flauia romanis terra paterna deis:
Tunc bergomatū uento gens lapſa per undas
Emit:& has fruges in ſua tecta refert:
Andreas populi protector apoſtolus huius
Eſt:& apud muros templa uetuſta patent:
Quo ſub maiori uetus eſt altare ſacellum
Apta ſacrificio ſupplicibuſq; domus:
Huncq; locum ſancti templum dixere uigilli
Quem ſublimauit pontificalis apex:
Illum theutonicis memorant de partibus eſſe
Hancq; deo cęli conſtituiſſe domum:

Quid plura? oſtendūt etiā mihi grāde ſepulcrum
In quo deuoti prȩſulis oſſa iacent:
O utinam refero meus iſte uigillius eſſet
Regna tridentini qui regit alta ſoli:
Dum loquor unus ait fuit iſte uigillius urbis
Brixigenum paſtor: hicq; ſepultus adeſt:
Tunc ergo cū lachrimis: quicūq; uigillius hic ſit
Hunc ego flagranti relligione colam:
Iſte tridentini reſpectu principis huius
A me corde pio ſemper amatus erit:
O q̄ȝ prȩclarus prȩſul: q̄ȝ dignus & ingens:
Non habet in mondo laudibus iſte parem:
Hic utinam princeps meus hinderbacchius eſſet
Chriſticolum ſanctȩ religionis honor:
Aurea brixigenis te principe ſȩcla redirent
Gaudia proq; metu: proq; labore quies:
Aut ſemel huc ueniens aurata in pupe ſederes
Et tua maieſtas imperitaret aquis:
Non hȩ delitiȩ: nec me loca clara delectant
Te ſine: uix credas: nec mihi uita placet:
Te duce regales texit mea cliua triumphos
Tu mihi ſolus amor: tu mihi phȩbus item:
At cum fata negant dignetur epiſtola ſaltem
Veſtra tui ſerui ſi licet eſſe memor:
Maieſtas in corde meo tua ſancta refulget
Sumq; tui ſemper ut decet ipſe memor: Bene uale.

# DIVO IOHANNI HINDERBACCHIO ANTISTITI TRIDENTINO DIGNISSIMO. S.

Vrgite pontifices tuq; o ſanctiſſime ceſar
Voſq; duces regeſq; precor populiq; patreſq;
Qui chriſtũ colitis chriſtũ qui ſanguine lauit
Erroris quicq; noſtri admiſere parentes
Stringite fulmineos enſes trucidate nephandum
Iudaicum nomen:totaq; expellite terra
At iudea fuit uirgo quam ſpiritus unam
Sanctus obumbrauit noſtri illa puerpera chriſti
Iudeuſq; fuit moyſes ſanctiq; prophete
Et ſolis ſacrum deſcendit ab ethere manna
Iudeis:pelagi quibus incedentibus unde
Ceſſerunt:dira merſo pharaone procella
Quis deus omnipotẽs flãmarũ aliquãdo colũpnã
Miſit:ut in tenebris luceret & inſuper hoſtes
Confecit iudea tuos:quid grata rependis
Audire eſt opere precium:prius obruis omnis
Qui tibi uera canunt ſaxo:perimiſq; machera
Adde ꝙ ipſe tua uoluit de uirgine naſci
Quem tu expectabas meſſiam perfida:q̃; tum
Signa facit morbos curat:multumq; cadauer
Suſcitat:inuidia rapis hunc triſtiq; columpna
Deuinctum cedis loro:illudiſq; ſilenti
Et ſpuis in faciem barbam uelliſq; capillum
Hoc ſatis hoc crucibus mundi dominũq; deumq;

Affigi:triduo ut prędixerat ille reſurgit
Et tecum eſt tandem cunctis cernentibus ecce
Tollitur in celum:nec dum ueſana peracti
Penitet heu ſceleris:te paſcit te iuuat error
Quod uelum ante occulos:dire poſuere ſorores
Ne ſolem uideas circundata morte perhenni
Pręterita ut ſileam quod nuper in urbe tridenti
Auſa nephas puerum lactentem perdita blando
Inuitas digito:donec tua tecta ſubintrat:
Angelus hic ſamuelq; uapher:cruduſq; thobias
Et moyſes cui fas ſoli nouiſſe futura
Illicet aripiunt puerum clauduntq; gementis
Oſcula per tenerum intendunt diademate collū
Crudelis moyſes pueri pręputia ferro:
Demetit:hinc rapta ſtridēte; forcipe malam
Exſecat:excipiunt poſito crathere cruorem
Inde aliud coxe fruſtrum conuellitur:& ſic
Paſcitur hęc rabies oculis ardentibus:inde
In cruce diſtendunt infantem:& quiſq; grauatu;
Pungit acu:ille oculos in celum ſuſtulit:unde
Spiritus ethereas felix efulſit ad arces
Interea ſacer antiſtes ſcitarier urbem
Imperat infantem:raptori & crudele minatur
Supplicium:o ſūmi miranda potentia chriſti
Qui nihil occultum uoluit proiectus in undis
Ecce ſymon ſanctus puer:eſt moſtrante repertus

Iudeo:qui mox petri fuit ede repoſtus
Martir:& hic claudis:ſurdis ceciſq; medetur
At uos carnifices meus hinderbacchus in arcē
Conſilii princeps trahit includitq; cathenis
Afficietq; ſuis mihi credite corpora penis
Impius aſt animas manet orcus:& impia ditis
Tartara:quę ſcarioth quę te quoq; maxime punit
Herodes:qui rex puerili ſanguine cultros
Fedaſti:ut gemitus rachel & rama dederunt
Hoc genus ulterius uos o qui ſceptra tenetis
Hoc genus in terris genus hoc pręcor eſſe ſinetis
Sixte pater prohibe prohibe friderice cruorem
Qui noſtrum ſitiunt noſtris ſimul urbibus eſſe
Amplius:imperii dux ſigiſmunde latini
Nunc animos oſtende tuos:tu porrige flāmas
In quibus hebręum ſcelus exurat:& inſons
Sanguis apud ſuperos te prędicet o mea laurus:
Pręſidiumq; meum pater hinderbacche iohānes
Perge uetat nemo quin perdas perfida uerpos
Corpora quin rapidis cinerem des ſpargere uentis
Hoc iubet ipſe deus:iubet hoc tua ſancta poteſtas
Iuſticie:pietaſq; fides:& candida uirtus
Quę te colicolis eſt donatura cateruis.

EIVSDEM IOHANNIS MATTHYE Carmen.

Corticibus priſci numeros ſcripſere poetę
Lactea cum nundum carta reperta foret:

Aurea tunc habuit ſaturnia ſecula mundus
Et tunc pierios duxit apolo choros:
At nunc exculto rerum tot munere mundo
Cum phębo muſę conticuere nouem:
Creuit auaritię tantum ſitis:ęſtus: & ardor
Vatibus ut toto nullus in orbe locus:
Solus in hoc latio princeps ſanctiſſime reſtas
Affers qui miſeris uatibus auxilium:
Tu ſolus pleno diffundis munera cornu
Tu curam ęterni ſolus honoris habes:
Hęc igitur digno ſuadent ut carmine ſemper
Ipſe tuum princeps nomen ad aſtra feram.

Vale pacis ac iuſticię pater.

AD LAVDEM ASSVMPTIONIS. BEATE MARIE SEMPER VIRGINIS.: IOHANNIS MATTHIE TYBERINI:. Carmen feliciter incipit:.

c hriſtiferę redeūt ſollennia fęſta Marię
Lux in qua cęlum uirgo beata ſubit:
Fęſta dies: toto ſemper uenerabilis orbe
Omni fęſta dies anteferenda die:
Hęc eſt illa dies: in qua res noſtra patronum
Tandem promeruit deſuper ante deum:
Aſſumpta eſt uirgo: cui non eſt ulla ſecunda
Virgo dei mater: filia uirgo dei.

Aſtitit a dextris domini regina refulgens
Aurea ueſtita uirginitate fide:
Dicere quis poterit miſteria uirginis huius
Quis poterit laudes dinnumerare ſuas:
Sanctificata prius generoſę matris in aluo
Virgo dei templum nobile facta fuit:
Hęc eſt ille rubus medio quem uidit in igne
Atq; in conbuſtum comperit eſſes moſes:
Hęc meruit ſummi natum geſtare tonantis
Inq; ſuo deus eſt corpore factus homo:
Et quem non potuit totus comprendere mondus
Concępit:peperit:ſedula lacte fouit:
Prima ſuum uirgo pariens adorauit alumnum
Prima parens uirgo ſicut & ante fuit:
Intrat ut inſertas uitro lux alma feneſtras
Illeſumq; tamen permanet illud opus:
Sic deus omnipotens ęterno lumine nati
Virginis in pectus intrat:& exit item:
Credidit illa deum proprio de ſanguine natum
In cruce pro nobis funera dira pati:
Credidit illa deum poſt tres reuiuiſcere ſoles
Cumq; alii dubitant credula ſemper erat:
Prima deum uiuum ſurgentem a funere uidit
Inq; ſuo ſtrinxit tam ſacra menbra ſinu:
Prima gregem domini cõmouit:& impulit ardens
Vt toto chriſti ſpargeret orbe fidem:

Primaq; mandatis perfectis ordine nati
Aſſumpta in cęlum uirgo maria fuit:
Aſſumpta in cęlum ſacro cum pectore fulget
Cumq; deo trino uirgo maria ſedet:
Igneus axis erat cęlo qui uexit heliam
Et ſecum iuſtus qui uehebatur enoch:
Si ſunt aſſumpti ſancti cuȝ corpore plures
Quanto magis mater uirgo maria dei
Dignū quippe fuit genitricem aſſiſtere nato
Filius omnipotens ne ſine matre foret:
Indignum cęlo natum regnare fuiſſet
Et matrem in terris:ſicut ut alter homo.
Quaȝ bene cōueniunt cum nato aſſiſtere matreȝ
O decus:o:magnum ſemper in orbe iubar:
Virgo maria decus mondi:lux inclyta cęli
De celo noſtras excipit aure preces:
Et quid homo dubitas ſūmū rogitare tonāteȝ?
Ecce deum pro te uirgula noſtra rogat:
Virga genus noſtrum:regis de ſtypite yeſſe:
Oȝ ex oſſe dauid:deq; cruore cruor:
Ante patrem chriſtus pro te ſtat filius orans
Et pro te natum uirgo maria rogat
Ille etiam noſtro ſumpſit de ſanguine carnem
Hic quoq; pro nobis in cruce fixus obit:
Ille patri ſummo nudatus uulnera monſtrat
Illa ſuo nato monſtrat aperta ſinum:

Qua ratione putas ſic te uir inique repulſum
Quando ibi pro nobis tantus abundat amor:
Suſcipit aure pia noſtras placidiſſima uoces
Regina ętherei uirgo maria chori:
Virgo maria chori cęleſtis ſemper aperta
Ianua:q̄ȝ miſeris ſedula fundis opem:
Virgo deflentum:ſuſpirantumqȝ leuamen
Inqȝ dolore ſalus:niqȝ labore quies:
Virgo ſalus mundi:duce qua:uenit oīs ab alto
Gratia:mortales q̄ȝ facis eſſe deos:
Virgo que noſtros triſtes non reſpicis actus
O:ſpes naufragio ſola relicta meo:
O:uirgo miſerere mei:miſerere meorum
Effice me meritis tempus in omne tuum:
Ecce ego cum natis ſum clauſus in urbe tridenti
Hic ubi bacchatur peſtis:& atra fames:
Sum procul a patria:cęlo:terraqȝ repulſus
Me procul a patria pręſulis egit amor:
Illius intuitu quem tali luce triumphi
Duxiſti aſſumpta cęlica regna ſuper:
Reſpice nos oculis quibus omnia reſpicis ęquis
Et nos de tantis eripe uirgo malis:
Erripe nos his uirgo malis:& rore ſalubri
Imbue de cęlo pectora noſtra precor:
Vt cum tempeſtas ceſſarit peſtis acerbę
Et fiet nati mollior ira tui:

Hos tibi cantemus deuoto pectore uerſus
Et tua cum multo lumine templa ſonent:
Salue ſancta parens ennixa puerpera regem
Qui cęlum & terram:qui mare & ethra regit
Virgo dei genitrix:quem totus non capit orbis
In tua ſe clauſit uiſcera factus homo.:.

AMEN.

Eccleſiam matris chriſti qui rite gubernat
Pręſbyter impreſſit hoc leonardus opus.
Gente triuiſanus nulli uirtutibus impar
Quem genuit longa ſemper honeſta domus.:.

:TRIDENTI:

POST TENEBRAS SPERO LVCEM:

:S: :M: :P: :Z: :L: :C: :L: :S:

Laus Deo Semper. Amen.

:M:CCCC:LXXXII:DIE:V:SEPTEMBRIS:

Inc. BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO 183

TRIDENTI:

EM:

S:

RIS:

Inc. BIBLIOTECA COMUNALE TRENTO 183

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

G
1
e
37

Iohãnis matthię tiberini
nouũ ſáctiſſimę paſſiõis c
Vm puer ille Syn
Gens iudea:ſacra t
Accipe in audituȝ
Audi qui rabidos tam c
Paſchatis ante diem lux
Et martis dictus nomine
Ante fores patris puerili
Non aderat genitor non
Non aduertenti mihi pr
Aſtitit:& toruo lumine
Vt nullum uidit:blanda
Non ergo fabar ad huc:
Nondum terdenos men
Iſta mee uite paruula ſu
Corripior: me fertqȝ ſtat
Impia iudei gens ſimul i
Concilium horendum: t
Non homines:colubri: d
Nox ruit hic gemini:ſalg
Vitalis:moſes:iſrahel:at
Ante ſynagogam leti m
Conuellit carnem forcipe
Et ne clamarem:ſamuel
Ille mihi plantas:contine

BIBLIOTECA DELLA CITTA' DI TRENTO